UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Divus Sebastianus Eberspergæ Boiorum Propitius, Seu Cultus Eiusdem Gloriosi Martyris à Prima Loci Fundatione Ad Nostra Usque Tempora Propagatus, Et Nunc Publicæ Luci Datus

Widl, Adam

Monachij

§. V. Semptensium Comitum, & totius Illustris Familiæ plena per mortem extinctio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37233

Visual Library

§. V.

SEMPTENSIUM COMITUM, ET TOTIUS ILLUSTRIS FAMILIÆ PLENA PER MORTEM EXTINCTIO.

ET in hunc quidem modum Illuſtriſſima hæc Semptenſium & Eberſpergenſium Comitum Familia terris ſubducta, penitúſque extincta videri deſiiit Anno Chriſti M. XLV. poſtquam de Patria, de Religione optimè merita, inter homines ſtetit, duravítque annos circiter centum ſexaginta ſeptem. Quare, more conſueto, Inſignia Gentilitia totius Familiæ cum ultimo Stemmatis, tumulo illata, ac conſepulta ſunt, ut mors, quæ corpora gentis ad ſe traxerat, etiam ſcuta roderet. Sic demum omnia deſinunt.

Extinctio Stirpis Semptenſium Comitum.

Nos quoque hîc loci Herourum illorum narrationem claudimus, & piis eorum manibus bene precamur,

mur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mur, affuſuri fortè piæ Familiæ lacrymas noſtras, ſi perſuadere nobis poſſemus, in ijs nos ulli eorum facturos obſequium: cùm enim tanta ipſorum Virtus, Religio, liberalitas & vita nō vulgariter proba fuerit, poſtulare à nobis potiùs videntur, ut non lamentemur eorum jacturam, ſed rectiùs felicitatem gratulemur, non luctu, ſed gaudio parentemus; eximia námque Virtus hoc habet ſupra Aſtra, & ipſum Solem, ut magis alibi fulgeat, quàm dum nobiſcum ſplenduit, etiam poſtquàm hîc occidit. Omnia proinde paucis verbis per modum magni Elogii dixero, ſi breviter demonſtravero, Semptenſes Comites ſuo tempore fuiſſe Heroës omnium negotiorum pace, bellóque adoratos; omnium hominum, præſertim Religioſorum benefactores, omnium Palmarum Victores extitiſſe: amabantur ſiquidem promiſcuè, uti parentes; timebantur, ut vin-

Elogium Sem prenſium Comitum.

vindices Juſtitiæ, ac Patriæ; ſuſ-
ciebantur; ut magni Dei ſervi,
Religionis propagatores, cum vi-
ipſorum plena eſſet virtutibus, m-
deſtiâ, & humanitate, plena e-
emplis: tales enim prodibant
publicum, ut oſtentatâ paſſim b-
nevolentiâ ac liberalitate anim-
rum conciliatrice mererentur am-
rem ſubditorum, imò & hoſtiu-
aſſertâ verò auctoritate rever-
tiam ſui, ac majeſtatem tuerent-
digni proinde, quos Cælum ad-
citò reciperet, quibus dignus non
ſatis erat Mundus.